Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 143
Quelle:
Copyright:

est. in librorum reperitur plenitudine diuinorum &c. Ingeniose, modo Significata Elementis *Hebraicis* tributa semper recte haberent! 7) Brevis Doctrina *De Talentis. De Artium Inventoribus. De Nominibus Ventorum et Mensium. De IV. Principalibus Virtutibus. De Medicina. De IV. Mariis* ex *Hieronymo. De sex Nominibus Dei. De Diis Gentium. De Aedificatione Templi* ex *Augustino. Nomina Musarum. De diuisione Musicę Artis.* Schema *Arboris Consanguinitatis* cum expositione. Interpretatio quorundam Verborum *graecorum* et Explicatio Terminorum *Aristotelis.* De Opere sex Dierum. Ex his Nomina *Ventorum* et *Mensium* sunt etiam apud *Rabanum cit.* Verum in *Cod.* nostro Euro additur: *nubes generat, vuolchan pirit*, Austro: *humidus et calidus, nass enti vuarm*, et Africo: *tempestuosus, unuuintari.* Notata de *Musis* et *Musica* apud nos etiam alibi leguntur. In expositione *Arboris Consanguinitatis* hae Glossae *Theotiscae* occurrunt: Uitricus *stiuffater.* Priuignus *stiuffim.* Priuigna *stiuftobter.* Leuir *Zeihbor.* Conlactaneus *Spunniprudder.* 8) Hinc a *fol.* 118. insignis sequitur *Nomenclator* VII. Capitum *Latinotheotiscus*, quem addendum *Glossariis Eccardianis* T. II. *Rer. Franc. Orient.* cum Eruditis communicare non piget. Itaque I. *De Ornatu Ecclesiae:*

Capsa. *Chephsa.*
Calix. *Chelih.*
Thuribulum. *Rouchfaz.*
Candelabrum. *Charcistal.*
Acerra. *Wirouchfaz.*
Casula. *Missachal.*
Sandalia. *Riumiscan Scuoha.*
Mappula. *Hantfano.*
Campanum. *Clocca. Clica.*
Pallia. *Fellola. Feblahan.*
Stragolum. *Panchlachan.*
Tapetium. *Teppit.*
Luminaria. *Liothfaz.*

II. De Edificiis.

Horreum. *Spicari.*
Granarium. *Chornhus.*
Scuria. *Scuginna.*
Cellarium. *Chellari.*
Pistrinum. *Phistrina.*
Culina. *Cuhina.*
Molendinum. *Muli.*
Clausula. *Pizunna.*
Canalis. *Chanali.*
Zeta (Διαιτα). *Chamera.*
Sarchoffagum. *Sarch.*
Mola. *Chuirna.*
Molaris. *Chuuirn stein.*
Clausura. *Wori.*
Capisterium. *Muoltra.*
Pinso. *Chnito.*
Feretrum. i. Loculus. Capillus (l. Capulus). *Para.*